

tar, vt latè probat Euerardus in suis topicis, loco à cōtrario sensu. Et ita huius sententiæ sunt glossæ. scilicet. fin. verb. definitum, & ibi Dominicus nu. 6. idem gloss. d. c. con iugatus verb. ad sacros. & ibi Ioan. And. n. 3. Anton. n. 3. Abbas, num. 2. Card. q. 1. Anchar. n. 2. Idem Ioan. And. c. 2. num. 1. de clerics coniug. & ibi Anton. n. 5. Abb. n. 3. Anchar. n. 3. Cardin. q. 1. Immola. n. 1. Brunell. de sponsalib. concl. 30. nu. 16. Anton. Cucus lib. 4. institutionum maiorum tit. 12. n. 197. Azor lib. 13. institutionum moral. c. 13. q. 7. Maiolus lib. 1. de irregul. c. 34. n. 1. Lancelot. instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de diuor. §. his exceptis, verb. ad sacros.

17 Intellige etiam si nondum consummatum sit matrimonium. Quia quoad promotionem ad ordines, nil refert an solū ratum, an etiam matrimonium consummatum sit. Ita docent Ioannes And. c. coniugatus. n. 1. de conuers. coniug. & ibi Cardin. q. 3. Henricus, nu. 6.

8 Vnde ab hoc coniugato volenti ad primam tonsuram ascendere, vltra requisita ex parte vxoris de quibus disp. sequenti agam, ex gendū est ab hoc coniugato votū continentie. Quæsi enim à non coniugato promotio ad minores, id votū non petatur, sed eius de cōiugato. Quod ille possit à clericatu resistere, ac vxorē ducere & idē nō debet beneficio iuris priuari, petito ab eo continentie votū hic autē non potest ad primam tonsuram promoueri, nisi velit quoq; ad sacros ordines ascendere, vt constat ex c. fin. de tempor. ordin. in 6. & ideo ne cōtingat eum ante sacrorum ordinum susceptionē redire ad vxorē, alligandus est continentie voto. Sic gloss. c. Episcopus, verb. sequēstrato. d. 77. Ioan. And. c. coniugatus. n. 4. de conuers. coniug. & ibi Anton. nu. 3. Abbas. n. 3. Cardin. q. 2. Anchar. nu. 2.

9 Nec potest etiam coniugatus hic ad primam tonsuram promoueri, nisi velit quoq; ad ordines sacros ascendere, vt constat ex c. fin. de tempor. ordin. in 6. & docent Ioannes And. d. c. coniugatus. nu. 3. & ibi Anton. n. 3. Abb. n. 2. Anchar. n. 2. Card. q. 1.

10 Ad argumētā, nu. 5. proposita cōstat ex dictis. n. 6. vbi ad eos textus respōdi, & quāvis ordinibus minoribus non sit annexa cōtinentia; & ideo ex hac parte nō repugnet eos assumi post coniugium; at repugnat propter speciale iuris prohibitionem.

11 Quæstio secunda, an vir absq; spontanea vxoris licētia ad ordines promotus, possit ab ea reuocari? Supponendū est vxorē pos-

se quadrupliciter se habere. Primò, concedēdo licētia spontaneā, & expressam; & de hoc est sermo habendus duplici disp. sequenti. Secūdo nullā cōcedendo licētiam, quia aut viri promotionis ignara fuit, vel illius conscia cōtradixit. Tertiò concedēdo licētiam, metu tamē vel dolo extorta. Quārto, sciēdo promotionē viri, & nec contradicēdo, nec consentiēdo, sed tacēdo, & dissimulādo. Et de his tribus modis est disputatio præsens. Et quidē quando vxor cōtradixit, vel ignara fuit, ac proinde nullā habita est licētia, nemo dubitat integrum esse vxori illam ad consortium coniugale reuocare. Quod illi non potuerit vir præiudicare. Idq; expressè definitur extratrag. antiquæ, Ioan. 12. de voto, quando matrimoniu nōdā est consummatū, necdū quando tā consummatū est, nisi ante consummatio nem placeat viro ad religionem transire.

12 Imò si vir absq; licētia vxoris ad summū eueheretur Pontificatū, potest ab ipsa reuocari, vt ei teneatur debitū reddere. Cū enim hoc sit ius iustitiæ prius, nō potuit laedi per pontificatū quantūvis bona fide assumptū, eodē q; vxor mortua crederetur. Ita docent gloss. c. si quis pecunia, verb. non apostolicus. d. 79. & ibi Archid. ad fin. & ibi Turrec. citato Hugone, ar. 3. nu. 12. Ioan. And. c. cōstitutus, in fin. de conuers. coniug. & ibi Anton. fin. Abb. fin. Anchar. fin. idem Abb. c. vxoratus, in fin. eodē tit. & c. licēt de vitāda. n. 4. de elec. Henric. c. coniug. n. 3. de conuers. coniug. Monald. summa, vbi de voto, tit. de voto coniugatorū verb. itē si vir suscepit ordinē. Astenis summa, 2. p. lib. 8. tit. 22. ar. 2. q. 1. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 8. fin. Syl. matrimo. 8. q. 12. dict. 3. Supplementum summæ Pisanæ, verb. impedimentum, impedimento. 11. nu. 2. Maiolus lib. 1. de irregul. c. 34. num. 3. Quāuis Doctor quidam, quem refert tacito nomine Bellemera. d. cap. si quis pecunia, in fine, senserit minimè restituendum esse vxori, nec tene ri ei reddere debitum. Quod ob maius cōmune bonum vxor priuanda sit abq; culpa iure suo; & ipse cogitandum relinquat. Sed tenendum est quod dixi.

13 Idem dicendū est, quando licētia vxoris metu viri cōstantis, aut dolo grauī extorta, vir ad ordines promotus est. Quippe vxor iure suo repetendi priuatur, licētia spontanea desideratur, vt de licētia vxoris sic extorta ad professionem viri, probauimus hoc. 7. lib. disp. 35. nu. 1. & 9. non auferri vxori ius reuocandi; & ita docent Syl.

verb

verb. diuortium, q. 17. dict. 4. vbi Armill. nu. 13. Anton. Cucus lib. 4. institutionum maiorum tit. 12. n. 194. Azor lib. 13. instit. moralium. c. 14. q. 12.

14 Maior autem difficultas est, quando spontanea vxoris dissimulatio interfuit, quæ conscia promotionis viri, ac potens commodè reclamare, nec consensum, nec dissensum præstitit, sed dissimulando tacuit? Quia in re quidam asserunt non esse integrum vxori reuocare, sed censeri vouere continentiam. Ita gloss. c. quia sunt, verb. fuisse. d. 28. & ibi Archid. n. final. Dominicus ad finem, Turrec. nu. 4. Host. summa tit. de voto. §. vtrum & per quem. num. 18. vers. figurē si coniugatus. Astenis summa 2. p. lib. 8. tit. 22. ar. 2. q. 2. Monaldus summa, vbi de voto tit. de voto coniugatorum vers. item licēt aliqui. Henricus. c. vxoratus, nu. 12. de conuers. coniug. Aretinus cōsil. 59. nu. 8. Palud. 4. d. 37. q. 1. ar. 1. nu. 9. Regia leg. 40. tit. 6. p. 1. & ibi Gregor. Lopez, verb. tenudas. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 8. fine. Supplementum summæ Pisanæ verb. impedimentum, impedimento. 11. nu. 2. Temperant Henricus, Monaldus, & D. Antonius ibidem, quando vxor fuit conscia iuris statuentis quid ipsa efficere debeat, viro promotio ad ordines cum eius consensu. Tunc enim tacens cum commodè reclamando esset, videtur consensum præstare, & ad ea efficienda se abstringere, quæ ius faciēda præcipit. Et hæc sententiā est probabilis.

15 Sed verius est, nullum ex ea dissimulatione vxori præiudicium generari, sed ius suum viri repetendi illæsum manere. Quia ad rem tam arduam iura non cōtenta sunt vxoris dissimulatione, quæ varias interpretationes patitur, nec signum apertum licētie est, vt expressè definitum est. c. consulti, de conuers. coniug. quando vir profiteretur vxore dissimulanti, & diximus hoc 7. lib. disp. 35. nu. 13. Et ita in proprijs terminis docent Syl. Armilla, Antonius Cucus, Azor citati, nu. 13.

16 Sed dubitabis, an vxore non repetente possit vir ad sacros ordines absq; eius licētia promotus, ad ipsam redire? Doctores negantes posse professum absq; vxoris licētia, ad ipsam non repetentem redire: quos retuli hoc lib. 7. disp. 34. nu. 14. à fortiori id negabunt in hoc casu. Et quāuis ea disp. 34. nu. 15. defenderim posse eū professum redire ad vxorem non repetentem: at contrarium existimo de viro sic ad ordi-

id est

nes sacros promotio. Quia ea professio nō fuit valida: at ordo suum omnem valorem habuit; & Ecclesiæ ordini castitatem, in quā cum potuit, annexit: ac proinde censetur omnem facultatē reuocandi ipsa sponte admissæ initiato, saluo tamen iure vxoris ad reuocandum. Et ita solū tenebitur dolum, & vim illatam amouere, significando vxori animi sui promptitudinem ad coniugale consortium ipsa volente. Quod si vxor repetere nolit, non erit ei integrum ad eam redire.

17 Quæstio vltima, ad quid alstringendus sit vir absq; licētia expressa, ac spontanea vxoris ad ordines promotus, & ab ipsa reuocatus? In duplici casu potest quæstio hæc agitari. Prior est, quando promotio ad ordines sacros facta est nondum consummato matrimonio. Posterior, quando consummato matrimonio. Et in priori casu, quibusdam (& satis probabile est) placuit cum teneri ingredi religionem: vt vel sic possit votum ordini sacro annexum implere. Quod probationes omnes, quas lib. 9. disp. 34. nu. 2. referam, ad probandum teneri eum, qui post votum castitatis vxorem ducit, religionem ingredi, eodē quod nō potest aliter castitatē promissam plenè obseruare. Et Doctores illic citati multò fortius sustinebunt hæc sententiā: cū multò strictius obliget votum castitatis ordini sacro annexum: eodē vel maxime, quod ordo susceptus sit, & per consequens votum castitatis illi annexum, emissum sit post iam initum matrimoniu. Et ita in terminis docent Hostiensis summa, tit. de conuers. coniug. nu. 6. vers. solutio. Archid. c. desponsatam, nu. 4. 2. 7. q. 2. & ibi Bellemera, nu. 4. Astenis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 11. ar. 2. q. 5. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 8. fin. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 14. q. 2. Petrus de Ledesma de mat. q. 53. ar. 4. du bio. 1. quod mouet circa primum statutum coniugati, conclusio vnicā. Et videtur tenere Manuel. 1. tomo sum. m. 2. editio. ne. c. 224. nu. 3. & Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu. 48. & dico videri probat textum loqui de coniugato, qui ante matrimonij consummationem initiatus est, animo ingrediendi religionem.

18 Sed probabilis est non teneri ingredi religionem. Id enim fortiter probat textus, in extratrag. antiquæ Ioannis. 22. de voto, ibi. Ad ingressum huiusmodi sic ordinatum, si matrimonium consummatum non fuerit, per diuorsum instanter moneri precipimus. Sen

tit

tit ergo textus id non esse præceptum, sed consilium. Id etiam probant rationes, quibus lib. 9. disp. 34. num. 3. & 4. probabo e-mittentem votum castitatis, siue ante matrimonium, siue eo inito, nondum tamen consummato, minimè teneri religionē ingredi, vt votum seruet, & Doctores ibi pro ea sententia allegati tenebunt etiam hanc (eadem enim est vtriusq; questionis ratio: vt testantur Azor, & Petrus de Ledesma, nu. præcedenti allegati.) Et ita in proprijs terminis tenet expressè gloss. d. extrau. antiquæ, vbi verb. præcipimus, ait Episcopū teneri admonere vt ingrediatur: ita enim præcipitur sibi in eo textu: & verb. reuenerit, ait supponere expressè eum textū, posse sic initiatum reuere. Idem tenet Ludouicus Lopez. 1. p. instructorij. c. 50. §. ecce iste: & dicit esse probabile Petrus de Ledesma, nu. præcedenti allegatus. Et videtur tenere Henriquez lib. 12. de matrim. c. 5. nu. 10. vbi dicit hunc hortandum esse ad religionis ingressum.

19 Nec tenetur religionem ingredi, quāuis animo ingrediendi religionem initiatus sit, dummodo id non vouerit, vt de voue. te castitatem, ac post modum matrimonij ineuntis animo transuendi ad religionem, probabo lib. 10. disp. 34. nu. 4. eum minimè teneri ad ingressum.

20 Id tamen certum est, hunc initiatum ordine sacro ante matrimonij consummationem, monitumq; vt religionem ingrediatur, ac renuentem, restituendum esse vxori petentis cogendumq; cōsummare. Id enim expressè definitur. d. extrauag. antiquæ, nō enim potuit in vxoris præiudicium ordine sacro insigniri. Imò id esset verum, quāuis maritus ante matrimonium consummatum in summum Pontificem euectus esset, nolens enim ad religionem transire, teneretur matrimonium cōsummare. Ita Archid. c. vnico. n. 3. de voto, in 6. & c. de spō. fatam. nu. 4. 17. q. 2. & ibi Bellemera, nu. 4. Sed id non credo. Posset enim Pontifex effectus dispensare in eo matrimonio rato: ac satis vrgens causa tunc cōcurreret: atq; ita solutus esset ab obligatione vxoris. At si dispensare nolit, teneretur ad vxorē repentem redire, ac matrimonium consummare. Idq; constat ex dictis, nu. 12. Vir autem hic restitutus vxori tenetur consummare, non petendo, sed debitum reddendo: & ad reliqua omnia, ad quæ statim dicā eum obligari, quando matrimonio cōsummato initiatus est. Quippe eadem prorsus

est ratio. An verò vxori postea fornicanti sit maritus hic restituendus, dixi hoc lib. 7. disp. 36. n. 4.

In posteriori autem casu, nimirum, quādo matrimonio iam consummato est vir ordine sacro initiatus, ac ab vxore reuocatus, dicendum est eum teneri reddere. Quia non potuit per ordinem superuenientem præiudicare iuri exigendi acquiriti ab vxore. At nō potest petere. Quia obligatur voto castitatis annexo ordini assumpto, ad abstinendum in quantum lex matrimonij permittit. Et ita docent. D. Thom. 4. d. 37. q. 1. ar. 2. ad 1. & ibi Palud. q. 1. ar. 1. num. 9. Supplementum Gabriel. ibi. q. vnica. art. 2. conclus. 5. Henricus de Gandauo quodlibeto. 5. q. 38. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 8. fine. Sotus. 4. d. 43. q. 1. ar. 2. conclus. 4. Viguerius lib. institutionum. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 4. Palacios. 4. d. 37. q. vnica. con. cl. 5. & d. 27. disp. 2. col. 24. vers. sed quid si facta, fol. 584. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 9. & lib. 12. c. 5. nu. 10. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 14. q. 1. Valentia. 4. p. disp. 10. q. 5. puncto 3. Petrus de Ledesma de matrim. q. 53. art. 4. ad finem conclus. 2. Bartholomæus à Ledes. de matrim. dub. 64. conclus. 2. vers. nec sic ordinatus. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus, de impedimento ordinis, nu. 10. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 224. nu. 4. Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, vbi de matrim. c. 49. colum. 6. §. accedit ad hoc. Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu. 48. fin. Et ex Iurisperitis, glossa extrauag. antiquæ, Ioannis. 22. de voto, in fine. Monaldus summa, vbi de voto tit. de voto coniugatorum, versic. item si vir suscepit ordinem. A Henfis summa. 2. p. lib. 8. tit. 22. art. 2. quæst. 1. lex regia. 40. fine tit. 6. part. 1. & ibi Monaldus glossa vnica. Angelus matrimonium. 4. nu. 11. Supplementum summæ Pisanæ, verb. impedimento, impedimento. 11. nu. 2. Sylu. matrimonium. 8. quæst. 12. dicto. 5. Nauar. summa. c. 22. n. 52. Couar. 4. decret. 2. par. cap. 6. §. 3. num. 2. Gaeta repetitione cap. ad limina. 30. q. 1. §. 4. que R. 195. num. 467. Maiolus lib. 1. de irregularitate cap. 4. num. 9. & cap. 34. num. 4. Antonius Cucus lib. 4. institutionum maiorum tit. 12. num. 196. & lib. 5. tit. 12. nu. 222. Idem dicendum est, si Græcus coniugatus sacris inicietur absque vxoris licentia, Quia nec ipsi Græcis id permillum est. Quare poterit ab vxore reuocari, & sic reuocatus non poterit

debi.

debitum petere, ac reddere tenebitur. Sic d. Thom. 4. d. 37. quæst. 1. artic. 2. ad 3. Azor lib. 13. institutionum moralium, cap. 14. q. 6.

22 Sed rogabis, an vxor viro promotio ad ordines absque eius spontanea licentia, & sibi restituta, petenti debitum, teneatur reddere? Aliqui ex discipulis. D. Thomæ (vt refert Petrus de Ledesma statim allegandus) censent non ita certum esse, vxorem non teneri reddere debitum huic petenti. Quod ius iustitiæ nequaquam amiserit, sed sola religione voti impediatur. Et iura solum concesserint optionem vxori, velic ne seruaere votum continentia: se emittendum: an potius liberè voti coniugio, viro sibi restituito. Quare vxore hanc partem eligente, ius iustitiæ ad exigendum debitum manet in viro integrum, quamuis peccet contra voti religionem. Et hanc partem censeo probabilem. At verius est non teneri. Quoniam vir non solum castitatis votum emisit, sed validè mutauit statum, ac proinde visus est omnino, & plene iure suo exigendi cedere. Et ideo ita docent. D. Thom. 4. dist. 37. quæst. 1. artic. 2. ad 1. Astenis, Supplementum Pisanæ, Syluest. Gaeta, Manuel, Vega, numer. præcedenti allegati. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 5. numer. 10. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 53. artic. 4. fine. & videtur clarè tenere Azor lib. 13. institutionum moralium, cap. 14. quæst. 1. dicit enim virum recipiendo ordines sacros celsisse iure suo exigendi debiti. Idem credo de viro iuvene vxore restituito officio iudicis, eod quod licet de eius licentia fuit professus, non tamen ipsa votum castitatis emisit: iuxta dicta hoc lib. 7. disput. 33. numer. 18. Quia (vt ibi dixi, numer. 4.) valuit professio: ac proinde validè mutato statum celsit professus ille iure exigendi: & iura solum vxori, cui ob periculum incontinentia: iubent eum restitui officio iudicis, reddunt ius exigendi, cui renunciarat concedens licentiam professionis emittende. At quando inualida fuit professio, quia non interuenit spon-

tanea coniugis licentia, credo teneri vxorem ei reddere, ad se reuocato. Quia mutatio status fuit irrita: & proinde iuris celsio non valuit. Quod consentaneum est ijs, quæ diximus hoc. 7. lib. disp. 34. num. 15. & 16. vbi diximus posse hunc propria auctoritate exire, ac coniugem in seculo relictum repetere.

23 Tandem dubitatur, an si vir sacris initiatus absq; vxoris licentia, ab ipsa reuocatur ad sortium coniugale: validè transe-rit possit ad alias nuptias ea defuncta? Gofredus. c. quidam, de conuers. coniug. affirmat. Quia matrimonium contractum à professore, post vxoris obitum, absque eius licentia professus est, & ab ipsa reuocatus fuit, est validum: quāuis contrahendo peccat.

24 Ceterum omnino dicendum est id matrimonium esse irritum. Est enim iuxta ratio de ordine, & de illa professione. Quia professio fuit irrita, & ideo de virtute dirimendi matrimonij caruit. At cū ordo sacer omnino valuerit, atque eius characteri annexo sit ab Ecclesia votum castitatis per quod subsequens matrimonium dirimitur, non potuit validum esse id matrimonium contractum post ordinem sacrum verè susceptum. Et ita docent Innoc. c. placet, num. vnico, de conuers. coniug. & ibi Host. nu. penultim. Ioan. Andr. nu. 4. Anton. nu. 9. Abb. nu. 7. Anchar. ad fin. Cardin. nu. 3. q. 3. Henricus. n. 3. idem Anchar. c. quidam, in fine, eodem tit. Francus. c. vnico. nu. 3. de voto, in 6. Astenis. 2. p. summa, lib. 3. tit. 11. ar. 2. p. 9. Brunellus de spō. sal. conclus. 30. numer. 3. Angelus matrimonium. 4. numer. 14. Supplementum summæ Pisanæ, verb. impedimento, impedimento. 11. num. 2. Gaeta repetitione cap. ad limina. 30. quæst. 1. §. 4. quæst. 195. num. 467. Antonius Cucus lib. 4. institutionum maiorum, tit. 12. num. 196. Barbosa rubrica. ff. solut. matrim. 2. par. num. 89. & 101. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 9. fine. Lancelotus instituta iuris Canonici, lib. 2. tit. de diuortijs. §. his exceptis, verb. ad sacros. Antonius Gomez in expositione bul. Cruciata, clausula. 10. n. 69.



T

DIS-

DISPUTATIO TRIGESIMANONA.

An sola vxoris licentia possit vir ad ordines promoueri: quid ve amplius desideretur: & ea sola licentia promotus possit ab ipsa vxore reuocari?

SUMMARIUM.

Quot quæstiones disputantur, nu. 1.
Quid desideretur vt vir licitè ad ordines promouetur? Referuntur quatuor sententia, nu. 2. 3. 4. 5.

Proponitur sententia Authoris, nu. 6.
An desideretur licentia Episcopi, nu. 7.
An possit vir licitè sacris initiatus habitare cum vxore? & explicatur, c. volumus, d. 81. num. 8.

Satisfit argumentis, nu. 9.
An vir sola vxoris licentia promotus, absq; alijs iure requisitis, possit ab ipsa reuocari? Referuntur duplex sententia; numero. 10. & 11.

Proponitur sententia Authoris, & ad quid cogenda sit hæc vxor, quæ licentiam dedit, & ad quid teneatur hic promotus ad ordines reuocatus, nu. 12.
Soluntur argumenta, nu. 13.

Disputatio præfens duplicè quæstionem agendam postulat. Prior est, de requisitis vt vir licitè ad ordines promouetur ex vxoris beneplacito. Posterior, de reuocandi facultate, deficientibus iure petitis in licentia ab vxore præstita.

Quæstio prior. Quid desideretur vt vir habita vxoris licentiâ, licitè ad ordines promouetur? Decisio pendet ex intelligentia, cap. coniugatus, de conuers. c. iug. ibi. Nullus coniugatorum est ad sacros ordines promouendus, nisi ab vxore continentiam profiteri fuerit absolutus. Quinqueplex est sententia. Prima ait nunquâ desiderari ingressum vxoris in religionem, siue senex, siue iunior sit: sed satis esse in vtroq; euentu, vt castitatem in seculo voueat, idq; necessarium esse, nec solam vxoris licentiam absque prædicto voto sufficere. Ducitur, quia videtur expressè decisio textus, d. cap. coniugatus: vbi nulla mētio facta est ingressus vxoris iuuenis in religionem, sed solius castitatis voti. Cum tamen quando necessarius est prædictus ingressus, vt ad viri professionem, iura id expresserint, c. cum sis cap. ad apostolicam, c. vxoratus, de con-

uers. coniug. Et confirmatur, quia est diuersa ratio inter hos casus. Quia dum in seculo vir ad ordines promouetur, teneatur necessaria alimenta vxori subministrare cap. omnino, d. 31. Quare aufertur vxori occasio vagandi, & incontinentiæ ob alimentorum penuriam. Insuper potest vxorem incontinentem corrigere, ac punire. Que omnia cessant viro proficiente. Cum bonorum, & liberi arbitrii proprietate careat. Secundò, quia coniugati possunt in seculo manere, communi voto continentia ab ipsis emissio, in quo euentu carent facultate petendi, & reddendi. Cur ergo non poterunt in seculo vitam traducere, vxore ligata voto castitatis, viro autem ad ordines sacros promotò, atque ius communi placito effectis. Et hæc sententia est valde probabilis: eam sustinent, glossa, c. Episcopus, verb. sequestrato, 77. d. & cap. quia sunt, verb. nec religiosam, 28. d. & extrauag. antiquæ, Ioannis, 22. de voto, verb. nouent, & d. cap. coniugatus, verb. continentiam, disiunctiue loquitur relata hæc opinione, & vltima hic referenda: & hanc primam refert in vltimo loco. Et eodem modo loquitur glossa cap. 2. verb. castitatem, de clericis coniug. eandem sequuntur. Hostien. summa tit. de conuers. coniug. num. 4. Henricus d. cap. coniugatus, numer. 5. & 8. Monaldus summa. vbi de voto, tit. de voto coniugatorum, verb. item licet aliqui. Brunellus de sponsalibus, conclus. 30. num. 6. Supplementum summae Pisane, verb. impedimentum, impedimento. 11. nu. 2. Turrec. c. Episcopus, nu. vnico, d. 77. Gaeta repetitio, c. ad limina, 30. quæst. 1. §. 4. q. 195. nu. 467. Maiolus lib. 1. de irregularitate, c. 34. nu. 3. vers. in alijs autem. Franciscus Marcus decisione, 734. num. 2. par. 2. Et videtur tenere Emmanuel Sa in sua summa, verb. diuortium, nu. 4. vbi ait virum posse ad ordines promoueri, vxore promittente in seculo castitatem. At id non faciendum, nisi illa senex sit.

Secunda sententia ait nullum votum desiderari in vxore, sed satis esse, si norit virum suum ad ordines accedere. Pro hac sen-

tencia

tentia possit citari glossa, cap. quia sunt, in fine, d. 28. sed reuera tantum vult glossa ibi, vt bene explicat Archid. ibi, numer. 4. vt id sufficiat, non quòd vir licitè promouetur, sed vt ex ordine sic à viro recepto præiudicium generetur vxori. Sed hanc sententiam expressè tenet Angelus matrimonium, 4. num. 8. Qua autem ratione ducatur, me profus latet.

Tertia sententia ait, semper satis esse votum continentia vxoris manentis in seculo, nec illud semper exigi, sed solū, quando vxor est iuuenis, & suspecta de incontinentia, quare si senex sit, vel aliàs extra incontinentia suspensio, non esse opus eo voto. Ita Nauar. lib. 3. consilii posteriori editione, tit. de conuers. coniug. consil. 13. nu. 5. & 6. Idq; probat, quia sicut se habet introitus vxoris in religionem ad introitum mariti profiteri volentis, ita votum continentia vxoris ad ordines viri. Quia sicut in priori casu sufficit ille introitus, ita in posteriori hoc votum. At quando vxor est senex non obligatur ingredi religionem, vt vir proficitur. Ergo nec tunc tenetur continentia vouere, vt vir ad ordines promouetur.

Quarta sententia sic distinguit, si vxor sit iuuenis, & suspecta de incontinentia, opus est vt religionem ingrediatur, quòd possit licitè vir ad ordines promoueri: si senex sit, sed non suspecta, tunc enim satis est votum castitatis in seculo: quamuis ad professionem viri semper necessaria sit professio vxoris iuuenis. Quia in vxore iuueni id expressè petitur ad viri professionem, cap. vxoratus, cap. cum sis, cap. ad apostolicam, de conuers. coniug. At ad viri ordines id non petitur, d. cap. coniugatus, eodem tit. sed solius voti continentia vxoris mentionem fecit textus. Ita sentiunt, Ioan. And. eo. cap. coniugatus, in fine, & ibi Anchar. sine. Cardin. quæst. 4. idem Cardin. c. ex parte, el. 1. nu. vnico, oppositione vnica, vers. sed pro introitu, de conu. coniug.

Vltima sententia (quam cæteris præhabiliorem existimo) sic distinguit. Si vxor est senex non suspecta de incontinentia, sufficit votum continentia ipsius in seculo, si iuuenis, tunc enim desideratur ingressus ipsius in religionem. Sicut distinguunt textus, cap. vxoratus cap. cum sis, cap. ad apostolicam, de conuers. coniug. vt vir ingrediatur religionem. Quare sententia hæc idem profus petit in vxore,

siue vt vir proficitur, siue vt ad ordines ascendat. Probatur ex cap. Episcopus d. 77. quod est desumptum ex concilio Aegathensi, cap. 16. & 17. ibi. Sane si coniugati iuuenes consenserint ordinari, etiam vxorum voluntas ita requirenda est, vt sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa, postea quam pariter conuersi fuerint, ordinentur. Nec valet expositio glossæ ibi, verb. religione, & Turrec. ibi, num. vnico, qui exponunt nomine religionis promissa intelligi castitatem. Quia videtur ea expositio ad libitum. Præterea, qui si vxor iuuenis professi compellitur ingredi religionem: à fortiori viri promouendi ad ordines. Quippe facilius potest clericus secularis vxorem inuifere, & conseruato pristino amore ea familiariter vtatur: vnde patens sumo periculo incontinentia exponitur: & tantū aberit vt moraliter loquendo ipse vir clericus factus vxorem inuifens eius incontinentiam corrigat, vt potior occasio incontinentia sit ipsemet eius curam gerens. Præterea, quia vxor iuuenis quantumuis casta, est incontinentia periculo exposita manens in seculo: sed quòd mulieres inconstantes, & facillè volubiles sint, cap. forus, ad finem, de verb. signif. Non ergo credendum est, ius canonicum voluisse vt ea manenti in seculo vir ad ordines promoueretur. Et ideo huius sententia sunt, ex Iuris peritis, gloss. c. si se, verb. separatur, d. 28. & in duplici alio loco (vt num. 2. retuli) posuit disiunctiue hanc opinionem, & primam eo. num. 2. relatum. Innoc. c. coniugatus, in fine, de conuers. coniug. & ibi Hostien. sine, Anton. sine, Abb. num. 4. idem Hostien. cap. 2. nu. 1. de cleric. coniug. & ibi Anton. nu. 7. idè Abb. c. 1. nu. 6. de conuers. coniug. Dominicus. c. si se, d. 28. in fin. Præpos. c. quia sunt, d. 28. Astenfis. 2. p. summe, lib. 8. tit. 1. art. 2. q. 5. Turrec. c. si mulier, art. 2. nu. 2. d. 28. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 11. initio. Sylu. verb. diuortii, q. 17. d. 2. & matrim. 8. q. 12. d. 4. Armillæ, verb. diuortium, nu. 11. Tabiena Matrimonium, 1. q. 3. nu. 4. Nauar. summa, c. 22. nu. 52. lex regia, 3. 8. fine, tit. 6. p. 1. Gregor. Lopez ibi, verb. muy vieja: & 1. 2. verb. in orden, tit. 10. p. 4. Covar. 4. decret. 2. part. c. 6. §. 3. n. 3. Antonius Cucus lib. 5. in institutionum maioris, tit. 12. nu. 223. & ex Theologis videtur expressè sentire, D. Thom. 4. d. 37. q. 1. artic. 2. ad 2. vbi ait vxorem de cuius licentia vir ordinem sacrum suscipit, teneri perpetuam continentia vouere;

T 2 non

non tamen teneri religionē ingredi, si sibi non timeat de incontinentiæ periculo. Eiusq; verba trāscribit Viguer. lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. impo. 4. & ita videt eiusdē sententiæ, & ea expresse sustinent; Albertus Mag. 4. d. 37. ar. 4. Palud. 4. d. 3. q. 2. art. 2. n. 19. & ibi Maioris. q. 2. §. pro illarubrica. Sor. 4. d. 27. q. 1. ar. 4. col. 12. vers. præterea contra eandē primam conclusionē: & ad finem ar. vers. quod hic de separatione, & d. 38. q. 1. ar. 2. concl. 2. Angles Floribus. r. p. vbi de mari. q. 1. de essentialibus ipsius. d. 27. art. 3. diffi. c. 9. Palacios. 4. d. 27. disp. 2. col. 24. paulō ante vers. sed quid sit facta. Quid. 4. d. 27. q. vnic. fin. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 5. n. 10. Corduba summa. q. 178. (cū quādam tamen limitatione, quā statim impugnavo.) Valentia. 4. p. disp. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impedimento voti, in fin. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 14. q. 11. & c. 13. q. 7. Petrus de Ledef. de matrim. q. 53. ar. 4. in dubio quod mouet circa 2. statū coniugati, concl. 2. & q. 64. ar. 4. du bio. 1. concl. 7. Bartholom. à Ledef. de sacramento ordinis, dubio. 14. col. vlt. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. de matrim. c. 49. col. 6. vers. adde etiā. Temperat Corduba summa. d. q. 178. vt intelligatur hæc sententiā, quando vir post consummatum matrimonium est ad ordines promouendus: si enim nondum consummatum sit, dicit in omni euentu desiderari transitū vxoris ad religionem. At profectō fundamento desinita est hæc limitatio, nec rationem differentiæ inuenio, & ideo retenda est in vtroq; casu sententiā tradita.

7. Insuper est necessaria licentia Episcopi: ita vt ea nō interueniente maneat illasum matrimonium, & poterit vir reuocari. Ita docet Maior. lib. 1. de irregulari. c. 4. n. 9. Duciturq; per. c. si vir & vxor. 27. q. 2. Sed eā minime desiderari, probauit hoc. 7. lib. disp. 32. nu. 3. & ibi explicat id. c. si vir, & vxor.

8. Sed dubitabis, An vir sacris initiatus ex legitima vxoris licentia manentis in seculo cū voto castitatis, possit simul habitare cū vxore? Ad omni concedit Symmachus Pōtī fex, & refertur, c. volumus. d. 81. ibi. *Volumus vt sacerdotes prohiberi debeant, ne cū mulieribus cōuersentur, excepta dūtaxat matre, vel sorore, vel vxore.* At contrariū decidi videtur. c. Episcopus. d. 77. ibi. *Sequestrato mōsionis cubiculo.* Turco. eo. c. volumus. n. vnic. co, refert aliquos velle decisionē eius textu referre ad antiqua tempora, quibus sacris initiati vtebatur licitē matrimonio ini-

to. Sedi iure optimō eos reprehendit: eō qd verba mox subiuncta eo. c. volumus, aperte aduersentur huic expositioni, dum subiungitur vxorem castē regendā esse. Quare ea distinctione vtendum est; si illi coniuges suspecti sint, nullatenus sunt permittēdi simul habitare: secus si suspecti minime sint, tunc enim satis est cubiculum sequestrare. Quippe Apostoli secum aducebāt vxores vt eis ministrarent. c. omnino. d. 21. Ita docent gloss. d. c. Episcopus, verb. sequestrato: & d. c. volumus, in fin. vbi Hugo: & ibi Archid. n. vnic. Dominicus. n. vnic. Turrec. n. vnic. Abbas. c. coniugatus. n. 5. de conuers. coniug. Francif. Marcus de ci. 73. q. 4. n. 6. p. 2. Ad dunt (& bene) Hugo, Archid. Dominicus, & Turrec. etiā si suspicione careant, non esse eos permittēdos in eodē lecto, aut in eadem camera esse, sed solum in eadem domo. Imo existimo moraliter loquendo nec in eadē domo habitare permittēdos esse, quāuis ex se id sit licitum. Quia moraliter loquendo non vacabit magno incontinentiæ periculo: aut saltem non leuem ansam iniquæ suspitionis, & scandali præbebit.

Ad argumentum. nu. 2. proposita constat ex dictis. n. 6. vbi adduximus. c. Episcopus d. 77. prohibens promotionē viri ad ordines, nisi vxor iuuenis profiteatur: ibiq; probauimus textus distinguēdas ad profissionē viri, inter vxorē iuuenē, & senem, & fortiori habere locum, vt vir manens in seculo ad ordines promouetur. Quare iuxta hanc distinctionem est accipiendum. c. coniugatus, de conuers. coniug. dū solius voti castitatis vxoris meminit ad viri promotionē intelligitur enim, quando vxor est senex, nec de incontinentia suspecta. Et hinc constat solutio primi argumenti, & confirmatio. Ad secundū die longē diuersam esse rationē. Quia vbi vterq; voto simplici castitatis communi consensu emisso, periclitaretur de incontinentia, esset facile dispensationis remedium: & ideo id permittitur: at vbi iam vir in sacris esset cōstitutus, nullo pacto expediret dispensare vt ad vxorem rediret. Et si argumentū vim aliquā haberet, probaret pariter integrum esse viro ad religionem transire, de licentia vxoris iuuenis promittentis in seculo continētiam. Ad argumentum. n. 4. propositū responderetur negando eam similitudinem.

9. Quæstio posterior. An vir ad ordines promotus sola spontanea vxoris licentia, absq; alijs iure requisitis, possit ab ea, aut

saltem

saltem ex iudicis officio, ad consortiū coniugale reuocari? Et posse hunc professum reuocari, tenent Sotus. 4. d. 27. q. 1. ar. 4. col. 12. paulō ante vers. & per hoc soluitur: & Bartholomæus à Ledef. de sacramento ordinis, dubio. 14. column. vltima, & nullam reddunt rationem. At ea potest reddi. Quippe cū iure præscripta ad legitimam viri promotionem seruata non sint, licentia ab vxore promotioni præstita, nō obstat iuri ipsius ad reuocandum. Et cōfirmatur ex. c. 1. de conuers. coniug. vbi reuocatur ex licentia vxoris professus, quōd illa non vouisset castitatē: prout iure præscribitur.

11. Alij verō dicunt vxorem consententē censeri se ad castitatem obligare: ac proinde tenentur dicere nō superesse illi ius reuocandi. Cū ius non habeat ad cohabitacionem, vel vt sibi reddatur debitum: eō qd cōmuni consensu se ad castitatē astraxerint, ac vir statum mutarit. Quāuis ex Doctoribus, quos referā, soli Cardinalis, & Paludanus explicent non habere vxorem ius reuocandi. At omnes, quos referam, dicūt censeri vxorē obligatam ad continentiam, carereq; vlti coniugij, ad quod cōsequitur carere quoq; iure reuocandi. Ita docent ex Theologis. D. Thom. 4. d. 37. q. 1. ar. 2. ad 1. & ibi Ricard. ar. 2. q. 2. corpore Palud. q. 1. ar. 1. n. 9. & d. 32. q. 2. ar. 2. nu. 19. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 8. fin. Viguerius lib. institutionum. c. 16. §. 7. vers. 9. imp. 4. Veracruz. 1. p. speculi. ar. 37. concl. 5. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 14. q. 1. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 224. n. 3. & ex Turispetris, Cardin. c. coniugatus, in fin. de conuers. coniug. & ibi Henric. n. 5. Dominicus. c. quia sunt. d. 28. ad finem: & ibi Turrec. n. 4. idem Turrec. c. si mulier, art. 1. n. 1. d. 28. Astenlis summa. 2. par. lib. 8. tit. 22. ar. 2. q. 1. Sylu. matrimonium. 8. q. 12. dicto. 3. Maiolus lib. 1. de irregul. c. 34. nu. 4.

12. Sed mihi placet hæc distinctio, si vxor consensum præstitit non ignata iuris statutis quæ ipsa efficere debeat, vt vir legitimæ promotione ad ordines, nullatenus reuocabitur vir eius solo consensu promotionis ad ordines: secus si id ius ignorauit. Ita docent glossa. c. seriatim verb. post mortem. d. 32. Henricus. c. vxoratus, nu. 12. de conuers. coniug. Angelus matrimon. 4. nu. 9. Et ratio est, quōd quando ius ignorauit, non censetur votum continentię emittere, nec ad illam se obligare: ac proinde ius concedit reuocationem, quando vxor

incontinentiæ periculum patitur, vt constat ex cap. 1. de conuers. coniug. vbi statuitur virum de vxoris licentia professum, ad ipsam reuocandum: eō quōd nullo illa castitatis voto se ligarit. At quando vxor dicti iuris conscientia fuit et ipsō quōd licentiam concessit, censetur vouere castitatē. Sicut in omnino simili, nempe, in viro professō de licentia vxoris in seculo absque voto castitatis manentis, probauimus hoc 7. lib. disp. 33. num. 14. iuxta saniorē sententiam posse virum reuocari, quando vxor concedens licentiam, ius ignorauit, secus quando sciuit, & in hoc posteriori euentu tenentur illam vouere castitatem. Hęc autem reuocatio viri ad vxorem quæ iuris ignara licentiam concessit, non fit iure actionis competentis vxori: eō quōd actio ne priuatur per licentiam, quam sponte concessit: sed ex officio iudicis: qui ne vxoris incontinentia periclitetur, potest virum non seruata forma iure præscripta ad ordines promotum reuocare ad vxorem. Sicut iuxta veriorem sententiam, idem diximus de professō ex simili vxoris licentia, hoc. 7. lib. disp. 33. numer. 18. Quod docet in proprijs terminis, Angelus matrimonium. 4. num. 9. Quare sicut ea disp. 33. num. 24. & 27. diximus vxorem, quæ iuris conscientia dedit viro licentiam profitēdi, cogendam esse ad profitendum, si iuuenis erat, aut suspecta de incontinentia, si autem senex, & non suspecta, cogendam esse vouere castitatem. Ita in hoc euentu dicendum est, retenta sententia, quam num. 6. amplexi sumus, dicente hoc desiderari ad legitimam viri promotionem ad ordines. Et ita docet Azor lib. 13. institutionum moralium cap. 14. quæ st. 11. Cū tamen sit valde probabile (vt num. 2. diximus,) sufficere ad ordines viri, vt vxor qualiscunq; sit, voueat continentiam: erit similiter valde probabile, ad hoc solum cogendam esse fore. Tandem hic ad ordines promotus de licentia vxoris, & ad ipsam reuocatus ex officio iudicis, tenebitur reddere, non tamen poterit petere. Sicut disp. 33. num. 6. id diximus de simili professō. At vxor non tenebitur ei reddere, vt probauit disp. præcedenti, nu. 22.

13. Ad argumentum, & confirmationem num. 10. proposita constat ex dictis, numer. præcedenti. Probat enim quando vxor iuris ignata fuit, reuocandum virum ex iudicis officio: & sic intelligitur ille textus.

T 3

DIS-

DISPUTATIO QUADRAGESIMA.

An vxor cuius licentia, vel dissimulatione vir ad ordines sacros promotus est, ita teneatur ad castitatem, vt viro defuncto nequeat validum matrimonium inire?

SUMMARIUM.

AN vxor, que voto emisso dedit licentiam viro ad ordines, post se mortuo, valide matrimonio copulatur: Refertur quadam opinio, num. 1.

Refertur sententia Auctoris, tam inter Latinos, quam inter Græcos, nu. 2.

Impugnata ratione ab aliquibus tradita, ponitur vera huius ratio, nu. 3.

An id procedat, quando vxor licentiam non concessit, nu. 4.

Quid, si dissimulauit, vel fuit metu, aut dolo extorta licentia, nu. 5.

Quid, si vxor non voueat castitatem, sed solum licentiam concedat, nu. 6.

Quid, si vxor insignorabat, nu. 7.

In hac disputatione, quibusdam placuit, vxor quæ voto castitatis emisso licentiam concessit viro ordinis sacri assumpti, non reddi inhabilem matrimonio ineundo post viri obitum: sed solum esse peccare contra votum. Et ratio est, quia cum id votum simplex sit, impedit quidem, sed non dirimit matrimonium subsequens. Ita censent aliqui antiquiores, teste gloss. c. si se, ad fin. d. 28. & textus oppositum probantes explicant, quando mulier professæ est. Idem sequitur est Sotus lib. 7. de iust. quest. 5. art. 3. in solutione ad. 2. in fine: ea sola dicitur ratio, quod non sit, cur id votum efficiatur solemnne: non tamen meminit textum oppositum decidendum.

Verum dicendum est, id matrimonium fore irritum. Id enim probat textus. c. quia sint. d. 28. quod est. D. Gregorij Pontificis lib. 2. epistola. 79. ubi est casus, vxor concessit promotionis viri ad ordines, mortuo viro facto diacono, ad alias nuptias transijt, & ait. D. Greg. ibi. Si in coniugio, diaconi mulier de qua agitur, fuisse castiter, & qui malis sociari sunt, disingatur. Vbi gloss. verb. fuisse, ait, supple, & ipsum ordinatum vxore sciente, & c. si se. d. 28. quod est ex concilio Aurelianensi, ibi. Si se cuiquam mulier dupliciti coniugio, presbyteri, vel diaconi relicta conuixerit, separentur. Colligitur etiam ex c. si quæ vidua. d. 28. quod est ex concilio Martini Pape

tificis: & ex. c. seriatim, in fin. d. 32. quod est desumptum ex Leone Pontifice contra Epistolam Nicetæ abbatis. Et vtra omnes Doctores. n. sequenti allegados, qui hoc tamquam certum supponentes, disputant de eius ratione, tenent Hostiensis. c. ad apostolicam. n. 1. de conuers. coniug. Ioan. And. c. cum sis, ad fin. eodem tit. & ibi Anton. fin. Francus c. vnic. nu. 3. de voto, in. 6. Turrec. c. seriatim, ar. 4. n. 7. d. 32. & dicit esse rem certam Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 14. q. 11. Et idem est apud Græcos, quia licet illi non promittant continentiam respectu præsentis matrimonij, at promittunt respectu futuri. Sic gloss. c. quonia, verb. continentes. d. 28. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30 q. 1. §. 4. n. 469. contra Archidiaconum eodem. c. quonia, in fine, dicentem non habere locum apud Thomam, quod ipsi ad ordines promoti minime voueant continentiam.

Discrepant autem Doctores in huius ratione reddenda. Quidam enim id euenire dicunt, quod vir & vxor actiones communicent. c. Martinus, de cognat. spirit. Atque subinde ex solenni voto tacite emisso à viro in sacri ordinis susceptione, reddatur peractionum communicationem, vt vxoris votum simplex efficiatur solenne. Ita docet glossa asserens id posse dici. c. seriatim, verb. post mortem. d. 32. Host. cit. in fin. de conuers. coniug. & summa, eodem tit. n. 3. vbi Goffred. in summi. n. fin. A. bb. c. cõlustrus. n. 6. eodem tit. Archid. c. quia sunt. n. 3. d. 28. & ibi Dominicus, in fin. Astenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 1. r. ar. 2. q. 9. & tit. 22. ar. 2. fin. lex regia. 40. tit. 6. p. 1. & ibi Greg. Lopez verb. que habent in si la ordẽ. Gaeta repetit. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 469. & ex Theologis. D. Bonau. 4. d. 37. in expositione littere, limitans quando licentia concessa est in conspectu persone publicæ. Palud. 4. d. 38. q. 2. art. 5. num. 2. conclusio. 1. D. Anton. 3. p. rit. 1. cap. 8. fine. Sed hanc rationem reprobaui hoc. 7. lib. disput. 32. num. 8. Et ideo legitima ratio cur hoc matrimonium irritum sit, non est votum simplex vxoris effecti solemnne per actionum communicationem. Sed quia Ecclesiastica constitutio ob reuerentiam

ordinis assumpti à viro, ex licentia vxoris volentis castitatem, reddidit eam ad subsequens matrimonium inhabilem. Sic ait posse dici gloss. c. seriatim verb. post mortem, dist. 32. & tenent glossa cap. si se, in fine dist. 28. Host. summa, tit. de voto. §. vtrum & per quem, num. 18. vers. igitur si coniugatus. Et hanc quoque rationem reddidit lex regia. 40. proximè allegata. Et in hanc partem declinare videntur, Monaldus summa, vbi de voto, tit. de voto coniugatorum, vers. item si clericus est Occidentalis, & Azor lib. 13. institutionum moralium cap. 14. quest. 11. relata enim vtraque sententia, hanc referunt in vltimo loco.

Aliqui hoc extendunt, vt sit irritum quoque matrimonium vxoris post obitum viri contractum, quando vir ea reluctanti est sacris initiatus. Sic tacito nomine refert aliquos sentire Azor lib. 13. institutionum moralium. cap. 14. quest. 11. Quod ratio valde diluonum est. Ratio enim minime patitur, vt ex viri delicto contra eius voluntatem promoti, id detrimentum vxori innocenti subsequatur. Quare merited. D. Thom. 4. dist. 37. quest. 2. art. 1. ad 4. dixit non videri ad aliquid vxorem obligandam, absq; cuius consensu vir promotus est. Et gloss. cap. quia sunt dist. 28. verb. fuisse, intelligit cum textum irritantem matrimonium vxoris, quando eius consensu saltem tacito vir initiatus est.

Aliud extendunt ad vxorem, quæ nec expressè consensit, nec dissensit, sed concessit promotionis viri ad ordines dissimulatione, quod tunc censetur vouere continentiam. Ita docent glossa. cap. quia sunt verb. fuisse dist. 28. & ibi Archid. num. finali, & ibi Dominicus ad finem. Hostien. summa, tit. de voto. §. vtrum & per quem, num. 18. vers. igitur si coniugatus. Henricus. cap. coniugatus, numer. 5. de conuers. coniug. Astenfis. 2. par. summa, lib. 8. tit. 22. art. 2. quest. 2. Supplementum summe Pisanæ, verb. impedimentum, impedimento. 11. numer. 2. Turrec. cap. si mulier art. 1. num. 1. in solutione ad 1. & in fine totius articuli. d. 28. lex regia. 40. tit. 6. part. 1. Idemque cum hac limitatione, quando v-

xor scit ius, tenent Henricus. c. vxoratus nu. 12. de conuers. coniug. D. Anton. 3. p. tit. c. 8. fin. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. quest. 1. §. 4. quest. 195. num. 469. Sed hoc non credo, existimoq; vxore dissimulante id non pari detrimentum. Sicut nec pateretur concedens licentiam dolo, vel metu extortam. Sola enim dissimulatione in re tam ardua non reputatur consensus: nec iuri vxoris præiudicat, vt probaui disput. 38. nu. 15.

Id tamen concedo his Doctoribus, quod mulier consensum præstiterit promotioni viri, quauis nullum emitteret votum castitatis. Redderetur enim inhabilis ad aliud matrimonium. Quia textus. c. quia sunt d. 28. id matrimonium irritans non meminit voti: nec hæc irritatio ex voto provenit, sed ex Ecclesiæ constitutione (vt nu. 3. probauimus.) Et ita docet gloss. d. cap. 3. probauimus.) Et ita docent Doctores al legati. n. præcedenti.

Tandem omnia prædicta temperat quidam Doctores, volentes vt tunc matrimonio ineundo reddatur inhabilis vxor promotioni consentiens, quando fuit conscia iuris reddentis eam inhabilem, & adhuc consensum præstitit, siue eum voto, siue absq; voto. Non enim rationi consonat vxore iniuri sibi detrimenti subsequenti ex illius licentiæ concessione, illud perpeti. Et ita docent Host. c. 1. de conuers. coniug. in fine: & in summa, eodem tit. nu. 3. & ibi Goffred. in sua summa, in fin. Astenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 22. ar. 2. q. 9. & tit. 22. art. 2. fin. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 469. & est opinio pia, ac probabilis: At verius est, id procedere quauis vxor iuris ignara esset. Quia textus indistinctè loquuntur. Præterea, quia non video rationem, cur ad hoc impedimentum dirimens desideretur conscientia iuris, cum id non proveniat ex voluntate vxoris, eiusq; voto, sed ex iure Ecclesiastico (vt nu. 3. diximus.) Et in ceteris impedimentis dirimentibus ea conscientia non desideratur. Ita. D. Bonauen. 4. d. 37. in expositione littere. Turrec. c. seriatim, art. 4. num. 7. dist. 32. & in hanc partem inclinat, licet dubius Gregor. Lopez. l. 40. verb. nõ vale, tit. 6. par. 1.



DISPVT. QVADRAGESIMAPRIMA.

Quid exigatur, vt integrum sit marito ad Episcopi, aut Cardinalis dignitatem iure promoueri?

SVMMARIVM.

Quid exigatur vt vir fiat Episcopus? Referatur quaedam opinio, nu. 1. Proponitur sententia auctoritatis, nu. 2. An si vxore uouente in seculo castitatem, cum vetula sit, vir profiteatur, & iam professus, sit in Episcopatum promouendus, desideretur vxorem profiteretur. Quid exigatur, vt vir fiat Cardinalis? numero. 4.

Vidam censent idem sufficeret, ac necessarium esse, vt maritus ad Episcopii dignitatem promouetur: quod sufficit, & necessarium est, vt vir transeat ad religionem, nimiru, si vxor sit senex, vt ea uoueat castitatem in seculo: si autem iuuenis, vt transeat ad religionem. Ita censent glo. c. sane, in fin. de co. uerf. coniug. Sotus. 4. d. 27. q. 1. art. 4. ad finem, in vers. quod hic de separatione. Angles floribus. 1. p. vbi de matrim. q. 1. de essentialibus ipsius. d. 27. art. 3. diffi. 9. & ad d. c. sane, petens ad id ingressum vxoris in religionem, responder gloss. finalis ibi, intelligi de vxore iuuenis, & est probabile.

Sed multo uerius est, semper esse necessarium professionem vxoris in religione, vt possit vir ad Episcopatum promoueri. Id enim uidetur decidi. c. sane, de conuerf. coniug. ibi. Prohibemus ne vxoratum presumatis in Episcopatum ordinare, nisi vxor prius professa continentiam, sacrum sibi uelamen imponat & religiosam vestem, vel uisum assumat. Et ratio est, propter ordinis Episcopalis excellentiam, & vt auferatur occasio, vt Episcopus uisitetur a foeminis. Et ideo hanc sententiam sustinent, ex Iurisperitis, gloss. cap. Si se, verb. separentur. d. 18. & c. quia sunt, verb. nec religiofam. d. 28. Inno. c. cum sis, in fine, & cap. coniugatus, nu. v. nico, de conuerf. coniug. Hostien. summa, eodem tit. n. 6. & cap. ad Apostolicam, nu. 1. & cap. sane, in fine, de conuerf. coniug. Ioan. Andr. d. c. coniugatus in fine, & d. c. sane, nu. 3. & ibi Anton. nu. 3. Abbas, nu. 2. Card. num. 2. quaest. 1. Anchar. ad finem, idem Abbas cap. 1. num. 6. eodem tit. idem Cardin. cap. ex parte, cl. 1. num. v. nico, op-

positione vnica, versic. sed pro intellectu, eodem, tit. Henricus. d. cap. coniugatus, numer. 4. Dominicus. c. Si se, nu. vnico, d. 18. Monaldus summa, vbi de voto, tit. de voto coniugatorum, versic. item licet aliqui dixerint. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 11. initio. Angelus matrimonium. 4. num. 8. Supplementum summae Pisanae, verb. impedimentum, impedimento. 11. ad finem. Sylu. matrimonium. 8. q. 12. d. 4. & verb. diuortium. q. 17. dicto. 2. Armilla ibi, num. 11. Taberna matrimonium. 1. q. 3. nu. 4. Turrecr. c. si mulier, art. 2. nu. 2. d. 18. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 3. Brunellus de sponsalibus, concl. 30. nu. 7. fine. Gregor. Lopez. 1. verb. in orden, tit. 10. p. 4. Gaeta repetitio. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 195. n. 468. Anton. Cuc. lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. nu. 23. & lib. 4. tit. 12. n. 193. Franciscus Marcus decil. 7. 34. n. 6. p. 2. Maiolus lib. 1. de irregular. c. 24. n. 2. Et ex Theologis, Maioris. 4. dist. 3. 2. q. 2. §. pro illa rubrica. Palacios. 4. dist. 27. disp. 2. col. 24. versic. sed quid si facta, fol. 584. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 13. q. 7. Petrus de Ledesma de matrim. q. 64. art. 4. dub. 5. concl. 6. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. vbi de matr. c. 49. col. 6. versic. adde etiam. Et est commune placitum.

Hinc inferitur, viro effecto religioso, vxore vetula manente in seculo cum castitatis voto, si vir ad Episcopatum prouehendus esset, necessarium fore vt vxorilla religionem ingrediatur. Constat ex dictis numero praecedenti, & docet Anchar. c. sane, ad finem, de conu. coniug. Tandem dubitatur, quid desideretur, vt possit maritus ad Cardinalis dignitatem promoueri? Ioann. And. c. sane, in fine, de conuerf. coniug. in decemliu reliquit, vt Pottifex statueret: addit; honestu fore vt idem seruetur, quod. nu. 2. diximus exigi, vt vir Episcopus crearetur nimiru, vt qualiscuq; sit vxor, religioe ingrediatur. Quod Cardinales in suis titulis habeat benedictione quasi Episcopalis, vt notatur. c. his que, de maior. & obed. & illu omnino sequitur, Anton. eo. c. sane, in fin. Abbas. nu. 3. Cardin. in fine. Ancharan. fin. Sed Maiolus lib. 1.

de irregular. cap. 3. 4. num. 2. quationem hanc decidit, asserens semper desiderari ingressum vxoris in religionem. Sed existimo non amplius desiderari, quam ad or-

dines a viro assumendos. Quid non inueniam textum aliquid speciale in hoc casu decidendum: nec rationem, inque ad aliud sententiam cogat.

DISPVT. QVADRAGESIMASECVNDA.

Vtrum per contractum matrimonij validum amittat clericus in minoribus constitutus beneficia?

SVMMARIVM.

Per sponsalia non amittit clericus beneficia, nec illis est impedimentum, ob quod amittit beneficia licet pendente, antequam presentetur, ipsa resignare, non obstante quod alius ea impetrarit, si clericus. ijs presentetur. Non obstante ea impetratione, si Episcopus possit dispensare, vt ille obtineret beneficium, non impediretur, ea dispensandi facultate. An beneficia vacent per matrimonium, non expedita iudiciali sententia? Referuntur quaedam opinio. n. 3. Proponitur sententia auctoritatis, nu. 4. Vacant beneficia, quantum matrimonium non sit consummatum. Nec recuperat, ea sponsus sponsa profertente. num. 6. Admittitur etiam ius ad rem, accessus, & regressus ad beneficium. num. 7. Quid, si illegitimus, aut alias inhabilis impetraret dispensationem ad beneficium: vel quisquam ad plura, an mox inuens matrimonium, perdat valorem dispensationis, ita vt ipsi facto viduo non proficiat? Referuntur quaedam opinio. n. 8. Sententia auctoritatis traditur, & qualiter dispensatio non conferat ius ad rem. n. 9. Clericus valido matrimonio copulatus peccat mortaliter, si retineat beneficium. n. 10. Possunt eius beneficia tanquam vacantia, statim impetrari, & alteri conferri. n. 11. Retineat beneficium, tenetur fructus restituere. n. 12. Nec potest illud resignare in fauorem alterius. num. 13. Coniugatus est incapax beneficii, & laicus, quantum statim iniciandus. n. 14. An hic recipiens beneficium, aut alij inhabiles, inueniunt regula de triennali possessore: numer. 15. Quid, si coniugatus uoueat castitatem, an tunc

si beneficij capax. n. 16. Scribitur an sit capax, quando vxore adulteranti ad ordines promouetur? an possit Episcopus dispensare, vt coniugatus obtineat beneficium? Referuntur quaedam sententia. n. 17. Proponitur sententia auctoritatis. Et explicatur c. Ioannes, de cleric. coniugatis. n. 18. Soluuntur argumenta. Et enodantur c. si quis verba. d. 32. & c. quia tuus. 12. q. 1. n. 19.

Beneficium igitur, qualiter ordo impedimentum praestet matrimonio, illique superuenire possit. Iam disputandum occurrit, de damnis, quae clericus ad matrimonium tranfens incurrit. Inter quae principem locum obtinet beneficiorum amissio. Et praefens disputatio tractat, qualiter amittantur, quando matrimonium est validum: subsequens autem, quando est irritum. In praesenti ergo disputatione constat apud omnes; beneficia nequaquam admitti per sponsalia de futuro. Quia sicut per ademptionem posterioris beneficii incompatibilis prius minimè vacat, dum plene non est posterioris obenta possessio, c. commissis, de elect. in. 6. ita per sponsalia, quae statum plene incompatibilem non inducunt, sed solum via sunt ad illud comparandum, non vacant beneficia. Atque ita docent Ioannes Andreas. c. 1. n. 1. & c. Ioannes. n. 23. de cleric. coniugatis. Anton. eo. c. 1. n. 6. & eo. c. Ioannes. n. 19. Abbas eo. c. 1. n. 5. Anchar. eo. c. 1. ad finem, & eo. c. Ioannes. nu. 14. Cardinalis eo. c. 1. n. 2. q. 2. & d. c. Ioannes, n. 8. q. 11. Immola eo. c. 1. n. 4. & eo. c. Ioannes. n. 24. & Clem. gratia. n. 25. de rescriptis. Henricus. c. de diversis. n. 10. de cleric. coniug. Franciscus. c. vnico, in princip. n. 3. de cleric. coniug. in. 6. & ibi Dominicus, in princip. n. 3. Anchar. n. 1. notabili. n. Philippus Probus ibi, addit. ad Monachum. n. 10. Gygas